

## Folium. LXXII.

et ad obitum suum personaliter venit dicens. Quia tu me totiens ad tuum hospiciū recepisti veni dilecta mea et intra in thalamū et gaudiū meū. **I**te romē via aurelia natale beati felicitis pape qui a constantino augusto ob catholice fidei professionē et defensionem a fide sua deiecit. carnibus suis a scapulis usque ad cingulū exungulatis. et capite deorsum suspensus ab hora tertia usque ad vesperam et portans eū testis fidelis in celo. Postea incarceratur. sed carcer celesti splendoris illuminat. et voces angelorum psallentium audiuit. His et pluribus mirabilibus auditis rufinus preses iratus iussit eum manibus post tergum ligatis in mare dimergi. Quod cum factū fuisset. dissoluta sunt omnia vincula eius. et vivus est navis super undas maris inter medium angelorum ambulare. Deinde gladio necatus gloriose occubuit.

**A** iij. kall ab **XXX**

**I** Rome natale sanctorum martyrum abdon et sennę subregulorum qui cum in cordulia civitate propter vincula parentum a decio ad ultimum duxit eos romam vinculis obligatos et diversis penis maceratos. qui propter decorem vultuum et gratiam dei omnibus existentibus gratiosi. Verum cum nullis blanditiis nec minis ydolis ymolare vellent. iussit eos decius primo plumbatis cedi. Secundo duo leones et quatuor ursi in amphiteatro contra eos sunt immitti. et eorum pedibus aduoluntur. Tertio gladio interfecti sunt et ante simulacrum solis proci. ibi tribus diebus continuis iacuerunt. quos quirinus subdiaconus latenter sepeliit. **I**te sanctarum virginum maxime domicille et secunde que persecutione galliani propter fidem christi primo felle et aceto sunt postate. Secundo plagis acerrimis cese. Tertio eculei extensione cruciate. Quarto in craticulis exusse. Quis

k 3